UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 74. Quinqueecclesiensis Episcopi Sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66641

Visual Library

§. LXXIV.

Sæc. XVI. A.C. 1562.

Quinqueeccleſienſis Epiſcopi ſententia.

Poſtea Quinqueeccleſienſis Epiſcopus Ferdinandi Orator hanc in rem ita perorabat: „Cum capita pro reformandis „moribus propoſita magni momenti non „eſſent, hinc potius ſuadeo inſiſtendum, „ut ampli Epiſcopatus in plures divi„dantur: „ poſtea narrabat, in Provinciis Cæſaris imperio obnoxiis quosdam dari Epiſcopatus, qui ad ducenta paſſuum millia protenderentur, ad quos nec oculi, nec manus unius Paſtoris extendi poterant, ita, ut Epiſcopi tam copioſi gregis neceſſitatibus, prout par eſſet, proſpicere haud poſſint: porro Georgius Ziſchowidus Seniæ in Croatia Epiſcopus a Pontifice, primisque Eccleſiæ Præſulibus emendationem eſſe inchoandam cenſebat, aſſerens, quod non poſſit corpori ægroto ſanitas reſtitui, quamdiu caput, a quo influxus eſt in membra, male ſe habet: Verum hæ rationes parum valebant (*). Pall. c. 10. n. 2

§. LXXV.

(*) Rem ita narrat Pallavicinus; Alius in Hungaria dixit, prius eſſe auferendas tenebras a Sole, dein vero a ſtellis: hæc dicta anxietatem animi in Romanæ Aulæ ſtudioſis auge-